

Psalmus

XCI

serpens eam seduxit astutia sua: ita et metes vestre  
 corripant a castitate que est in christo. Virginitate  
 corporis pauca semine habent in ecclesia: sed virgi-  
 nitate cordis omnes fideles habent. In ipsa fide vir-  
 ginitate cordis timebat corrumpti a diabolo: qua qui  
 perdidit: sine causa sunt virgines corpe. Corrupta  
 corde quid seruat in corpe? Ideo mulier catholica  
 pcedit virgine heretica. Illa enim non est virgo in cor-  
 pore: ista mulier facta est in corde: et mulier non a ma-  
 rito deo: sed a serpente. Quid autem ecclesia? Super  
 aspidem et basiliscum ambulabis. Rex est serpentium  
 basiliscus: sicut et diabolus rex est demoniorum. Et  
 coculcabis leonem et draconem. Jam verba dei ad ec-  
 clesiam. **Quoniam in me speravit eruiam eum.**  
 Non solum ergo caput est: quod non sedet in celo: quod al-  
 tissimum posuit refugium suum: ad quod non accedunt mala:  
 et flagellum non appropinquabit tabernaculo eius: sed  
 et nos qui laboramus in terra: et adhuc in temptati-  
 onibus vivimus: quorum gressus timent ne in laque-  
 os incidant: audiamus vocem domini dei nostri consolati-  
 tis nos et dicentis nobis: **Quoniam in me speravit: eruiam  
 eum.** Protegam eum quoniam cognovit nomen  
 meum. **Propterea time me et ego exaudiam eum:**  
**cum ipso ium in tribulatione.** Noli timere quoniam  
 tribularis: ne quasi non sit tecum deus: fides sit tecum: et  
 tecum est deus in tribulatione. Fluctus sunt maris:  
 turbatis in nauigio: quia dormit christus. Dormie-  
 bar in nauio christus: pierant homines. Si fides tua  
 dormit in corde tuo: tanquam in nauio tua dormit chri-  
 stus: quia christus per fide in te habitat. Cum turbati  
 exieris: excita christum dormientem: erige fidem tuam: et  
 noueris quia te non deserit. Sed ideo putas te dese-  
 rit: quod non quoniam vis eripit. Eripuit tres pueros de igne.  
 Qui eripuit tres pueros: deseruit machabeos. Ab-  
 sit. Et illos eripuit: et illos. Illos corporaliter: ut infi-  
 deles confunderent: istos spiritualiter: ut fideles imita-  
 rent. Cum ipso sum in tribulatione: **Et eximam  
 eum et glorificabo eum.** Longitudine die-  
 rum replebo eum. Que est longitudo dierum:  
 Vita eterna est. Fratres: nolite putare longitudinem  
 dierum dici: sic sunt hyeme dies minores: estate dies ma-  
 iores. Tales dies nobis habet dare: Longitudo il-  
 la est que non habet finem: eterna vita: que nobis pro-  
 mittitur in diebus longis. Et vere quia sufficit: non  
 sine causa dicitur: replebo eum. Non nobis sufficit quic-  
 quid longum est in ipse si habet finem: et ideo nec longum  
 dicendum est. Et si avari sumus: vite eterne debemus  
 esse avari: talem vitam desiderare que non habet finem.  
 Ecce vbi extendat auaricia vestra. Argentum vis si-  
 ne fine: Vita eterna desiderata sine fine. Non vis vt ha-  
 beat sine possessio tua: Vita eterna desiderata. Que est  
 Longitudine dierum replebo eum: **Et ostendam  
 illi salutarem meum.** Nec hoc fratres breuiter pre-  
 reundum est: ostendam illi salutarem meum. Idoc dicitur:  
 ostendam illi ipsum christum. Quare? Non est visus in ter-  
 ra: Quid nobis magni habet ostendere? Sed non  
 est visus tali visu quali videbimus. Tali visu visus  
 est: quali viderunt qui crucifixi fuerunt. Ecce qui viderunt  
 crucifixi fuerunt: nos non videmus et credimus. Illi oculos  
 habebant: et nos non habemus? Immo et nos oculos  
 habemus: sed per fidem adhuc videmus non  
 specie. Quoniam erit species? Quando videbimus eum  
 ad faciem: quod dicit apostolus: quod nobis promittit deus?

in magno premio omnium laborum nostrorum. Quic-  
 quid laboras: ad hoc laboras vt videas. Nescio quid  
 magnum est quod visuri sumus: quoniam tota merces nostra  
 visio est: et ipsum magnum visum: hoc est dominus noster ie-  
 sus christus: Ipe qui humilis visus est: ipse videbitur  
 magnus: et letificabit nos quod videt modo ab ange-  
 lis: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: **Job. 1.**  
 et deus erat verbum. Attendite qui hoc promittit ipsum  
 dominum in euangelio dicente: Qui diligit me: diliget a **Job. 14.**  
 patre meo: et ego diligam eum. Et quasi diceretur est:  
 et quid ei dabis qui diligit te? Ostendam inquit me ip-  
 sum illi. Desideremus et amemus? Flagremus si ipso  
 sumus. Sponsus absens est: sustineamus: veniet  
 quem desideramus. Tantum pignus dedit: non timeat  
 sponsa ne deserat a sponso: non dimittit pignus suum.  
 Quod pignus dedit: Sanguinem suum fudit. Quod pignus  
 dedit: Spiritum sanctum misit. Talia pignora dimittit  
 et ille sponsus: Si non amaret: talia pignora non da-  
 ret. Jam amat. Si sic amaremus. Maiore dile- **Job. 15.**  
 ctione nemo habet: quam vt animam suam ponat pro ami-  
 cis suis. Et nos quod ponimus animas nostras pro  
 illo: Quid illi prodest: quoniam iam altissimum posuit refu-  
 gium suum: et flagellum non appropinquat tabernaculo  
 eius: Sed quid dicit iohannes: Sicut christus pro: **Job. 3.**  
 nobis animam suam posuit: sic et nos debemus pro fra-  
 tribus animas ponere. Anulusquisque ponens pro fra-  
 tre animam: pro christo ponit. Qui modo pascit fratrem:  
 christum pascit. Cum vni ex minimis meis feceritis mi- **Matt. 25.**  
 hi feceritis. Amemus? et imitemur: curramus post yngue-  
 ta eius: quod dicit in Liricis canticorum: Post odor  
 ynguetorum tuorum currimus. Venit enim et oleuit: et odor  
 ipsius impleuit totum mundum. Unde odor? De celo.  
 Sequere ergo ad celum: si non falsum respondes quod  
 dicit: Sursum cor: sursum cogitationem: sursum amo-  
 rem: sursum spem. Ne putrescat in terra triticum: non  
 audes ponere in humida terra ne putrescat: quia la-  
 borasti et messuisti: triturasti et ventilasti. Queris lo-  
 cum tritico tuo: et non queris locum cordi tuo: et non qu-  
 eris locum thesauro tuo? Fac quicquid poteris in terra:  
 eroga: non prodes sed recondes. Et quis seruat? Lbra-  
 stus qui et te saluat. Te nouit saluare: thesaurum tuum  
 non nouit seruare: Quare autem vult vt locum mutes  
 thesauro tuo: nisi vt locum mutes cordi tuo? Nemo  
 enim cogitat nisi de thesauro suo. Multi hic sunt qui  
 me modo audierunt: et non est cor eorum nisi in sacellis su-  
 is. In terra estis: quia in terra est quod amatis. Dicitur  
 tatur in celum et ibi erit cor vestrum. Vbi enim fuerit the- **Matt. 6.**  
 saurus tuus: ibi erit et cor tuum.

Explicit Tractatus de ps. XC.  
 Incipit Tractatus de ps. XCI.  
 a Tende ad psalmum: det nobis dominus aper-  
 re mysteria que hic continent: quia propter sa-  
 stidit animo: eadem diuersa varietate tractant. Nam  
 nullum aliud canticum nos docet deus: nisi fidei: spei et  
 charitatis: vt fides nostra firma sit in ipso quod illi  
 non videmus: credentes in eum que non videmus vt gau-  
 deamus cum viderimus: et fidei nostre succedat speci-  
 es lucis eius: vbi iam non nobis dicit: crede quod non  
 vides: sed gaude quia vides. Spes etiam nostra inco-  
 murabilis sit: et fixa in illo: et non nutet et fluctuet:  
 Non agitet sicut ipse deus in quo fixus non potest agi-  
 tari. Spes enim quod modo vocat: tunc non spes sed res  
 erit. Tandem enim vocat spes: quod non videt quod